



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologia Moralis Universa, Complectens Omnia Morum Præcepta, Et Principia Decisionis Omnium Conscientiæ Casuum, Suis Quæque Momentis Stabilita**

Ad usum Parochorum, & Confessariorum

Continens Tractatus de Conscientia, de Legibus, de Peccatis, de Virtutibus  
Theologicis, de Religione, & Beneficiis. Adjunctis in hac editione  
Propositionibus ad hanc usque proscriptis

**Antoine, Paul-Gabriel**

**Ingolstadii, 1734**

**VD18 90392140**

Q. 3. Quotuplex est Votum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40986**

Q. 3. *Quotuplex est votum?*

*Resp* Dividitur 1. In reale, personale, & mixtum. Votum reale est, quo promittitur pecunia, vel res pretiô æstimabilis, quæ actio voventis non sit. Personale est, quo promittitur actio personalis, aut ommissio ipsius voventis, ut votum castitatis. Mixtum est, quo promittitur & actio, vel ommissio personalis, & aliquid pretio æstimabile ab ea distinctum, ut si voveas ire ad B. V. Lauretanam, ibique munus offerre. 2. In temporale, quod est ad certum tempus: & perpetuum, quod censetur fieri, cum nullus est obligationi constitutus finis, ut si dixeris, voveo deinceps castitatem. 3. In absolutum, quod fit sine conditione: & conditionatum, quod fit sub aliqua conditione: v. g. voveo elemosynam, si pater convaluerit: unde non obligat nisi posita conditione; sed eâ posita statim obligat; quia obligatio desinit esse suspensa. Porro nullum est votum, factum sub conditione repugnante naturæ, & substantiæ voti, vel rei promissæ, ut si profitearis religionem, ea conditione, ut aliquid proprium retineas. 4. In solemne, quod ab Ecclesia approbatum, & absolutè ac in perpetuum acceptatum est: & simplex, quod emittitur absque acceptance Ecclesiæ, saltem in perpetuum.

Q. 4.